


Nec uererentur cuiusquam inimicarum molestias · sed oppressores ·
pauperum palam arguunt · increpant · excommunicant · minusq;
metuunt eorum nocendi insidias · dum sinocere ualeam .' pastor
enim bonus animam suam ponit pro ouibus suis .' sicut peruigiles pas
tor contra bestias ouescustodire solet · ita sacerdos super gregem
sollicitus esse debet .' Ne inimicus uastet · ne persecutor infestet ne
potentiorum cuiusque cupiditas · uitam pauperum inquietet .' sed
sua potius sollicitudine & cura diligenti · uitam & salutem mercan
tur aeternam · largiente dño nro ihu xpo cuius honor & gloria
potestas & imperium per omnia secula seculorum amen .'

IN LETANIA MAIORA · LECTIO BI IACOBI APOSTOLI ·

Confitemini alterutrum peccata uestra · & orate pro inuicem ut
saluemini .' & reliqua .' OMELIA LECTIONIS EIUS DEM

Ad purum salutis nostre remedium · hortatur nos apostolus iacobi
cum presenti lectione cum legeretur audistis dilectissimi nobis .'
Confitemini inquid alterutrum peccata uestra .' Non quod dś
indigeat confessione nostra · cui omnia prostosum quecogita
mus · loquimur aut agamus · sed nos aliter saluesse non possu
mus · nisi confiteamur penitentes quod inique gessimus delin
quentes .' namqui seipsum accusat in peccatis suis · hunc diabolus
non habet iterum accusare indie iudicii .' Debet tamen peni
tens dilui penitendo quefecit · & non iterum renouare quodfle
uit .' quiautem absconditi scelera sua non dirigetur .' quiautem con
fessus fuerit & reliquerit ea · ad misericordiam ueniam merebitur
sempiternam .' & orate pro inuicem ut saluemini .' Duo sunt enim
genera infirmitatis humane · id est corporis & animae .' pro in
de enim monet · apostolus orare dñm omnipotentem · pro utraq;
infirmitate nostra .' pro inuicem diuinamque clementiam re
medium · postulare · ut & corpus in suo scō seruitio corroboret ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0137